

1346 nov. 26. et eundem Carolum in Bonna ²⁾ misit in regem, vivente adhuc
Ludovico IV. supradicto ^{a)} cui tunc civitas Aquensis fidelitatis
obsequio fortiter adhererat. Propter quod idem Ludovicus impera-
tor ipsum Walramum archiepiscopum forciori ^{per} ^{b)} insequens odio
multas sibi adversitates undique procuravit. Tandem post
quietem temporum feliciter deductam, quia invida fata ^{c)} ^{d)} piis
res in prosperitate diu stare non permittunt, ceperunt mutari
tempora et dicto domino Walramo adversitates insurgere, guerre
succrescere et emulatores ^{e)} ipsum pulsare. Nam plures Episcopa-
tus Coloniensis contemini terrarum domini potentes, videlicet
comes de Marka, ^{comes de Hunsberg,} comes de Waldecke ⁺ et comes Lossensis ^{f)} que unus
singuli essent predicto domino Walramo vel consanguinitatis
vel ^{h)} affinitatis federe coniuncti, valida inter ⁱ⁾ se contra eccle-
siam Coloniensem conspiratione facta ceperunt fines et terras
ecclesie undique perturbare. Sed quia comes de Marka inter istos
principalis ecclesiam infestabat, ipse dominus Walramus mul-
tos nobiles ad stipendia conducens misit exercitum militarem
in Westphaliam ad tuendum fines ecclesie contra inimicos.
Verum conflictu inter gentes ecclesie et comitis de Marka campestri
habito cessit victoria comiti de Marka, et ^{k)} nonnullis interfertis de
stipendiariis archiepiscopi 300 vel circiter captivi sunt abducti. Sed
propter hos casus adversos ipse archiepiscopus a concepta defensione
iuris ecclesie non desistens cito post resumtis viribus validum armorum
militarem pariter atque ^{l)} pedestrem exercitum congregans applicuit
ad ^{terminos} fines comitatus de Marka transiens. Renum iuxta Berkam ^{m)} , ubi
cum conedisset in finibus ⁺⁺ comitatus, Wilhelmus comes Hollandie una

+ add. 5: langravius Cassie. ++ ord. 5: Sed dum staret in finibus, advenit comes Hamonie
 Wilhelmus, quo mediante concordia intervenit, que tamen per adversarios ipsi archiepiscopo
 integra postea non servata fuit. Unde auctore deo, cuius solius est vindicta et ipse pro
 meritis retribuit omnibus, saliter disponente prefatus comes ex vulneribus et lesione, quas
 in dicto bello receperat, non longe postmodum est defunctus.

²⁾ Bonna 1. misit in Bonna 3. a) supradicto deest 4. 4. 4. b) insequens 2. 3. c) fia 4. 4. d) piis deest 2. 4. e) emulaciones 2. 3.
 f) Lossen. 3. g) singulo 3. h) aut 1. 2. 3. i) intra 2. k) et deest 3. l) et 4. 4. 4. m) Berkam 1.